



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Typographvs Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

# TYPOGRAPHVS LECTORI S.



*I*si summam semper, Beneuole Lector, & singularem Conciliorum Ecclesia Dei experta sit auctoritatem, in sedandis tumultibus, & profligandis venenatis nefariorum hominum heresibus, adeo etiam, ut quotiescunq; ob suborientium errorum multitudinem, conglutinatos fidelium in diuersas partes distrahi, & ingens Reip. Christianae malum imminere animaduertit, ad haec tanquam sacram anchoram confugere, ijsq; controuersias oēs dirimere solita sit, & profligare: Vel de vno tamen, & non ita pridem habito, œcumenico & generali Concilio Tridentino, id libens volensq; concedit. Etenim cū tota Germania, charissima omnium nostrum patria, falsa e mentite libertatis illecta specie, & profunda errorum demersa caligine, Religioni Catholicae, ipsiq; Deo, heu nimum miserabili facto diuortio, nuntium remitteret, & inebriata iam venenata Lutheri & Caluini heresi de ea fide quam ipsa, cum periculo vitæ & honorumq; omnium per tot annorum spatia continuo defenderat, templis, cœnobijsq; exornarat, excidenda cogitaret, neque posset plane infatuata humanissimis ipsius Matris Ecclesie, vel precibus, vel lachrymis, ad sanio rem mentem reuocari, propterea quod quorundam hominum argutarum inuoluta nubeculis, in quantum malum iret, minimè animaduerteteret. Solum, & vnicum Tridentinum Concilium, quod ipsius Ecclesie fletus, supplicationesq; potentissimorum dein Regum & Principum conatus non potuerant, rem feliciter aggressa est,



st, plurimumque promouit; quod in tanto Reipub. Chri-  
stiane dissidio ad depellendos morbos velut præstantissi-  
mum pharmacum Christus dilectissimæ sponse suæ com-  
municauit. Ad cuius veluti solis exortum Germaniæ pri-  
stina lux visa est, factumque, vt, depositis armis, de tam  
nefario parricidio, porro desisteret cogitare. Etsi autem  
neutiquam ignorarem, hoc ipsum Concilium, cui quod  
modo in antiqua & vera religione adhuc viuamus, neq;  
ab omni salutis spe exclusi nauigemus, merito acceptum  
ferimus, multoties retrorapsis annis in lucem prodisse.  
Quia tamen dignissimum existimabam operam dare, ne  
hoc tam nobile, tam singulare & admirabile Dei munus  
Germanicæ nationi summa clementia concessum, diu ur-  
nitate temporum posterum manibus animisque elabere-  
tur, proinde nostris prælis de nouo in publicum emittere  
visum fuit, non quidem vt ante hæc, sed doctissimorum  
virorum Annotationibus ad marginem, politisque typis  
exornatum & illustratum, atque Indice librorum prohi-  
bitorum omnibus perquam necessario auctum. Tu ergo  
Cand. L. hoc ipsum qua par est humanitate suscipe, &  
qualemcumque nostrum conatum æqui bonique consule,  
& fauore prosequere. Vale & Vive. Coloniae ex of-  
ficina nostra Typographica Anno M.  
DC. II. Idibus Iu-  
lij.

INDEX